





29.

30

1737

25

IVRE ORDINIS  
CONSVLTORVM

IN  
ACADEMIA VITEBERGENSI  
H. T.

DECANVS  
GODOFRIDVS  
LVDOVICVS  
MENCKEN

ICTVS

POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS ET  
PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE AVLAE AC IV-  
STITIAE NEC NON IN SVMMO PROVOCATION.  
SENATV CONSILIARIVS, ITEMQVE COLLEGIO.  
RVM, QVAE VITEBERGAE FLORENT, IVRI-  
DICORVM, ET IUDICII PROVINC. LVSAT.  
INFER. ASSESSOR

MEINCKEIN  
PADOVACAS  
GODERIAS  
DECANAS  
ACERBEMY VITBERGENI  
LARE CONSULTORVM  
ORDINIS

ICTA  
POTENTISSIMI POLONIAE REX ET  
PRINCIPIS ERECTORIS SVAOXONIAE Vnde ut  
SITINGE NFO MONIN SAMMO PROLOGATION  
SENATA CONSISTENS LITOMAE CONFESSIO  
KVM QVAE VITBERGAE FLorent IAR  
DIGOVM ET AUDITIONE PROVINCIAE  
INTER ASSessor



on aduocatis, partium iura proferentibus, sed bonis causarum Patronis, destitui-  
mum, quod ipsa enicit experientia. Utinam feligen-  
di, non apud eos, quorum in causa interest, sed apud  
peritores, imo ippos quandoque iudices esset  
arbitrium! Sed non minor renitentium con-  
ueniendorum, quam eorum, qui medelam  
quaerere legitime recusant, est numerus. Illi  
protractione iuuari, hi parcissimis sumtibus  
suum tueri causam ambiunt. Vtrique dum  
necessitate premuntur, quod commodum est  
eligentes, suam rem minus promouent, utili-  
tati

tati inhiant, eandem tamen sibimetipsis no-  
ciuam non attendunt. Qui debitum praesta-  
re nequit, moram necendo, expensis auget  
sortem, & cui rei satisfacienda cum tempo-  
re sufficiet, impar redditur. Contra qui de-  
bitorem indesinenter & cum ipsius ruina urget,  
& legali, secundum ritum iudicialem, obser-  
uari solito spatio, non sine dispendio, a Iudice  
per Aduocatum, utroque caro dispensatore  
redimendo, ad id, quod debet, cogit, ultimato  
id obtinet, ut membrum Ciuitatis aut  
Vniuersitatis uel expellatur, uel, cum huius  
utriusque detimento, ex necessaria sustenta-  
tione ad fisci onera redeunte, ad incitas redi-  
gatur. Dolendum utique est, iudiciorum se-  
des non ubique locorum bonis, aptis, ac re-  
rum, quae tractantur, gnaris, peritisque in ar-  
te causas cognoscendi ac dirimendi personis  
instructas nostris in terris inueniri. Iustum  
ac aequum cognitum perspectumque habere,  
conueniret Iudicij ordinem constituentibus,  
a quibus iustitiae expectatur administratio.  
Sed quis hanc poposcerit, ubi ex arbitrio,  
unius, rebus forensibus, ut dicuntur, praefe-  
cti, tota expectanda controuersiae diremio.  
**V**tique si & ille loquacitate & proteruitate  
eru-

eruditionem, quam cum callere oportet,  
iactaret, &, pro autoritate, afferoribus iudi-  
cii, rerum harum ignaris, iustitiam obtrude-  
ret, cum tamen quandoque ne iusti quidem  
teneat notitiam, minus scientiam. Sic causa  
iniusta, iusta & uice uersa euincitur. Sic li-  
tium ambages, aut id, quod illis quandoque  
ineft, controuersi iuris, tanquam aleam, ue-  
rentes, iure suo uel excidunt, uel lubentius  
carent, ne dubio rerum exitui se exponant.  
Maxime cum bona pro iudice semper militet  
praesumtio, & non ex eo, quis sit, sed qualis  
esse debeat, ipsi patrocinium sit sperandum.  
Non id in Ciuitatibus, non omnino bene or-  
dinatis, tantum contingit, sed plus periculi  
imminet, ubi ex unius, qui iustitiae admini-  
strationi praepositus est, sententia, totius  
controuersiae, uel dirigendae uel componen-  
dae, pendet decisio. Ibi enim Aduocatus, ma-  
xime copia illorum deficiente, uel subordina-  
tur parti, tanquam maxime proficuus, iudicis  
intentioni preeprimis fauens, uel parti non  
male consulens, iudici autem ideo, quod  
sportulis intentatis non indulgeat, exosus,  
cruciatur, & tantis molestiis atque obicibus  
obmotis in causa distringitur, ut inanis naua-

ti laboris pertaesus, non infeliciter coepit a lite,  
abstineat ac illam deserat. Iudex enim suum  
factum, siue malignum, siue conducens, de-  
fendi, non impugnari praetendit. Qui be-  
nevolentia huius iudicis in aliis causis opus  
habet, illi iniuria, uindiæque cupiditas me-  
tuenda facile subolet, & sibi nocitaram animad-  
uertit, cum iudex quandoque plus ualeat  
in causa quam pars & eius Patronus. Magna  
& difficulter digerenda haec est calamitas,  
maxime si omnis iuris expertes, rus incolen-  
tes, respiciamus. Hi enim sola reguntur sui  
iudicij Actuarii, non raro ad nutum iurisdi-  
ctionis domini parati, uoluntate, etiam ini-  
qua, uel maxime iniusta. Optime hinc qui-  
dem prospectum in Ordin. Recogn. ad Tit. II.  
§. 3., penes ipsos esse non debere, ut cau-  
sam inter subditos & dominum dirimant,  
quin potius de iure respondentium Collegio-  
rum decisionem expetant. Sed & his eadem  
obuiat difficultas, qui, in multoties imperiti  
scribae fidem, & registraturas se resoluere, &  
ipsas pro facti ueritate agnosceré obligan-  
tur. Inueterato huic, & indies ingrauen-  
ti malo medendi prope remedium deficere  
videtur. Interim crederem, eorum, qui de  
iure

16

iture in Collegiis respondent, imponendum  
esse conscientiae, ut, ubi uel Iudicis, uel Ad-  
uocati, in causa litigiosa adhibiti, malam, pro-  
trahendi, uel illegaliter decidendi, intentio-  
nem obseruent, merentem, iactura expen-  
sarum & multa, prout religio suggerit, coer-  
ceant, nec alibi, quam ex Ordine ICTORUM,  
ubi plurium animaduersio, unius, alteriusue  
cognitione praestantior, in dubio expectan-  
da, sententia depromatur, & sanctio Ordin.  
Recogn. ad Tit. 34. §. 2. maiori cum curatio-  
ne attendatur. Sed praefens occasio non per-  
mittit, hoc thema, quod quo delicatius, eo am-  
pliori diiudicatione dignum est, debite per-  
scrutari, multo minus difficultates, quae se-  
tali in negotio exerunt, non contemmendas,  
ut par est, delineare. Temporis nostri, hoc  
seculo malis hominibus aucti ac conturbati,  
ratio postulat, ut cum summa sollicitudine, ac sum-  
ma circumspectione, omnes, qui publico be-  
ne cupiunt, in id studiose incumbant, & si  
quid consilio ualent, id suggerant, quo ma-  
litia inutilium liberemur causidicorum, bo-  
norum tamen causarum Patronorum famae  
consulamus, eamque conseruemus, ac distin-  
guamus. Plura tangere institutum nec affer-  
re

re permittit. Nam uitae curriculum nostri  
Candidati, quod, uti ipse elaborauit, hic in-  
fero, referendum est,

Ego ADAMVS HENRICVS  
FLEISCHER, parentibus honestis, patre ni-  
mirum Samuele Fleischero, artis extruendi mo-  
lendina perito, matre Trolzschia, praematura  
morte mibi iam ante biennium abhinc erepta,  
in molendino prope Grimam natus, lucem in  
ipsis uigiliis festi Nativitatis Christi Anno  
MDCCIX primo aspexi. Praedicti mei pa-  
rentes omnem curam impenderunt, ad honestam  
educationem necessariam, nihilque intermis-  
erunt eorum, quae ad disciplinas, quibus pueri-  
lis aetas impertiri solet, conducere uideban-  
tur. Eum in finem me, Waldenburgi Schoen-  
burgiorum, institutioni Rectorum Fornii &  
bunc excipientis Crellii permiserunt, qui infor-  
mandis moribus & docendis & religionis Chri-  
stianae & literarum humaniorum principiis fi-  
deles se exhibuerunt. Tandem parentes Gri-  
mann

mam A. M DCCXXIV. se recipientes se-  
quutus, ex singulari Clementissimi Nutritoris  
gratia, in illustri Schola prouinciali ad Mol-  
dam institutione Rectoris Ermelii meritis  
& annis graui, & Schumacheri iam fa-  
ses Rectoris sibi delatas gerentis, non  
minus quam Egenolfi pie defuncti & Vli-  
schii peculiari amore me semper prosequentis,  
supra triennium ut Extraneus, cœu loquuntur,  
usus sum, eorum singulorum fidem atque indu-  
strialm gratissima mente agnosco, publiceque hic  
testor. Ex quo uero, studiis scholasticis abso-  
lutis, ad altiora contendere animus mibi fuit,  
Lipsiam conuersus sum, ibidemque Rectore Ma-  
gnifico, Klausingio orthodoxae fidei magno  
Theologo, A. M DCC XXVII. in album  
Studiorum receptus Iurisprudentiae Studio  
me consecraui. Per integrum Sexennium,  
quod Lipsiae studiorum causa commoratus sum,  
in Philosophicis Celeberrimi Mulleri, Profes-  
soris iam publici, institutionem assiduam, fre-  
quentau, & in addiscendis tam Civilis quam

B

Ca-

Canonici Iuris principiis, ab eius ore pependi,  
cui propterea grates maximas persoluo. Prae-  
ter hunc tamen & alios magni nominis ICtos,  
quibus multum me debere, profiteor, cineres Il-  
lustris Gribneri, cuius praelectionibus, in primis  
Iuris priuati illustris & ad Ordinationem Pro-  
cessus Saxonici Recognitam, habitis interesse  
mibi licuit, summa cum deuotione ueneror.  
Illustrem porro Rechenbergium laude mea mul-  
to superiorem, Ius publicum, Franckensteinium,  
in viuis cum adhuc esset, idem Ius & res gestas  
Imperatorum, Gebauerum, Ius feudale & Histo-  
riam Iuris uniuersi, Cramerum denique, stremu-  
um iurium & morum Germanicorum indagato-  
rem, hoc ius patrium, explicantes & Baue-  
rum, ordinis causas in foro pertractandi, ratio-  
nes demonstrantem, sedulo audiui, & in Gymna-  
sio disputatorio Menckeniano, moderante Con-  
sultissimo Viro Kumboldio, de cuius patrocinio  
michi etiamnum gratulor, Theses & defenden-  
do & oppugnando, publice uentilaui. His ergo  
studiiis ad finem feliciter perductis in patriam  
reuer-

reuersus otium & tempus in eo, ut doctrinas ex ore tantorum Virorum exceptas, in succum & sanguinem conuerterem repetendo, consumsi. Iam uero in eo sum occupatus, ut propositum, quod sub finem studiorum meorum conceperam animo, remotis impedimentis, exequar, & in Alma Vitebergensi editis, more institutoque maiorum, speciminibus, summos in Iure honores adipiscar. Quos, si impetravero, Summum numen felices faustosque esse iubeat!

Omnia, quae Candidato nostro fuerunt praestanda, ita feliciter & cum applausu Ordinis ICtorum peregit, ut, duobus exantlatis examinibus, publice se exhibere, & Specimen Disputationis defendere, ipsi supersit, antequam supremus in Iure honor ipsi possit decerni. Quare cum sub Praesidio Viri Illustris atque Excellentissimi Domini AVGVSTINI LEYSERI, ICti famigeratissimi, Potentissimo Poloniarum Regi & Principi Electori Saxoniae a Consiliis Aulae ac Iustitiae,

11

tiae, Ordinis nostri Ordinarii ac Antecessoris primi, Confessorii Ecclesiastici Directoris, Curiae Provincialis, itemque Scabinatus Accessorius primarii futura d. Maj. Dissertatione, de *Vi Priuata*, in Auditorio maiori suas partes tueri instet, Rectorem Academiae Magnificum atque Illustrem, Illustrissimos Dominos Comites, Perillustrem Dn. L. Baronem, Patres nostrae Academiae conscriptos, cum generosissima ac nobilissima studiosa iuuentute, ex tali publica concertatione calcar ac uoluptatem insignem ad studia, omni cura atque applicatione pertractanda & absoluenda, capiente, inuito. Quam benevolentiam ac affectum data opera demerenti non intermittam. Dabam Vitebergae  
D.XIX. Maj. MDCCXXXVII.

---

VITEBERGAE  
Typis EPHRAIMI GOTTLÖB EICHSFELDI.

Wittenberg Diss. 1737

W.W.

ULB Halle  
004 087 461




3

56.



B.I.G.



ORDINIS  
IVRE CONSVLTORVM

IN  
ACADEMIA VITEBERGENSI  
H. T.

DECANVS  
GODOFRIDVS  
LVDOVICVS  
MENCKEN

ICTVS

POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS ET  
PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE AVLAE AC IV-  
STITIAE NEC NON IN SVMMO PROVOCATION.  
SENATV CONSILIARIVS, ITEMQVE COLLEGIO-  
RVM, QVAE VITEBERGAE FLORENT, IVRI-  
DICORVM, ET IVDICII PROVINC. LVSAT.  
INFER. ASSESSOR

29.

30

